



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

An, & quando Clerici possint in Curia s[a]eculari testimonium ferre. Cap.  
IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

nalibus Henr. lib. 2. q. 29. l. 6. r. &  
lib. 14. cap. 6. §. 1. Si ac de Censur.  
disp. 11. sect. 3. num. 22. & alijs quos  
refert, & sequitur Bonac. de cen-  
sur. disp. 7. q. 3. pun. 6. num. 1. Dian.  
loc. cit.

5 Quæres 2: An Episcopus possit  
dispensare in huiusmodi irregu-  
laritate cum Clerico, qui non or-  
dinatus solemniter baptizavit, aut  
missam celebravit?

Resp. quod potest dispensare,  
ut ministret in suscepis, non au-  
tem ut ascendat ad superiores or-  
dines; nisi delictum sit occultum,  
tunc enim etiam quoad vtero-  
res ordines dispensare potest, ita  
Petrus Corneio in 3. par. D. I. hom.  
tract. 5. de Irregular. disp. 7. dub. 2.  
quest. 2. quem refert Dian. loc. cit.  
d. ref. 77. vers. verum.

### S V M M A R I V M .

1 Quando in causis ciuilibus, &  
criminalibus possit clericus testi-  
monium ferre.

2 An possit clericus per suum supe-  
riorem compelli ad ferendum  
testimonium in causa sanguini-

3 Quando ad euitandam irregula-  
ritatem proposita protestatio, quod  
ad penam sanguinis non inten-  
dit.

4 Quando testis tenetur iure natu-  
rae se se offerre ad testandum,  
potest clericus testimonium fer-  
re præmissa dicta protestatio-

### C A P . IX.

An, & quando Clerici possint  
in Curia sœculari testi-  
monium ferre.

**D**ico 1. quod in causis ci-  
vilibus, & criminalibus  
ad defensionem rei, vel  
etiam contra ipsum reum in iis  
causis criminalibus, ubi non ve-  
nit imponenda pena sanguinis,  
sed agitur ciuiliter ad penam  
carcerationis, & similes, potest  
Clericus in foro sœculari cum li-  
centia Episcopi examinari Ricc.  
in Collect. dec. 597. par. 3. idem de  
Regulari dicit Lezan. in sum. q. 1.  
reg. to. 1. cap. 11. num. 24. nullamq.  
incurrit irregularitatem ferent  
testimonium in favorem rei, si ob  
id sequatur mors Accusatoris:  
quia ipsius dictum per se, & ex  
natura sua ordinatur ad manife-  
standam rei innocentiam, & ad  
illius defensionem: Vnde mors  
accusatoris respectu testis cense-  
tur sequi per accidens ex ipsius  
testificatione: ad incurram autem  
irregularitatem opus est, ut  
adsit causa proxima ad mortem,  
vel factum ex sui natura sit ad illam  
directum, ita Sayr. de Cens.  
lib. 6. cap. 18. num. 11. Smar. disp. 47.  
sect. 4. num. 9. Filliuc. to. 1. tract. 19.  
c. 9. nu. 257. Vgolin. de Irregular. c. 7.  
n. 7. quos refert, & sequitur Dian.  
par. 4. tr. 2. ref. 96. quibus addit Bonac. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 3.  
num. 4.

2 Dico 2. quod sicut Clericus,  
vel Monachus nequit testimoniū  
ferre

- ferre in causa sanguinis, quia sequuta morte, vel mutilatione irregularitatem incurreret cap. si quis viduam dist. 50. cap. sententiam Ne Cler. vel Mon. Nau. in Max. cap. 27. num. 2 12. & alij communiter: ita neque ad id potest per superiorem cogi, etiam si veritas per alios haberi non posset Ricc. in d. collect. decisi. 597. par. 3. &. in Prax. for. eccl. par. 2. ref. 206. Lezan. in Sum. to. 1. cap. 11. nu. 24. 3 nec ad euitandam irregularitatē prodesse in tali casu protestatio ipsius testis, quod ad pœnam sanguinis non intendit: quia hęc tam admittitur, quando agitur de propria, aut suorum iniuria iuxta cap. 2. de Homie. in 6. & dicunt Doctores apud Dian. p. 4. tr. 2. ref. 32. & 33.
- 4 Limita quando testis tenetur iure naturę se se offerre ad testimoniū: tunc enim cum non præsumatur, ecclasiā in hoc causā imposuisse irregularitatem, poterit clericus testimonium ferre præmissa dicta protestatione, atque ad id potest per superiorem ecclasiasticum compelli Bonac. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 3. nu. 1. & alij.

## SUMMARIUM.

- 1 Laicus non potest esse index in causis ecclasiasticis.
- 2 Laicus non potest esse Vicarius Episcopi.
- 3 Bigamus similiter ad Vicariatus officium assumi nequit.
- 4 Sententia lata per laicum Vicarium est nulli.

- 5 Clericus coningatus non potest officium Vicarij exercere.
- 6 An Episcopus delegare possit laico causas clericorū, vel spirituales.
- 7 An laicus possit esse Assessor Iudicis ecclasiastici.
- 8 Officium Assessoris quale sit.
- 9 An summus Pontifex possit laico concedere facultatem procedendi contra personas ecclasiasticas.
- 10 An Monachus, seu Regularis possit esse Vicarius Episcopi.

## C A P. X.

## An laicus possit esse Iudex Clericorum.

- L**aicus regulariter non potest esse Iudex neq. principaliter, neq; incidenter in causis ecclasiasticis, c. 2. de Iud. c. lator, & c. causā 2. Quis fil. sint legit. ex quo interfertur, quod laicus nō potest esse Vicarius Episcopi ray. decernimus ubi Rip. n. 56. & omnes de Iud. Pia- sec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 6. Garc. de Benefic. par. 5. c. 8. nu. 2. Bellett. in Disquis. Cleric. tit. de favo. cleric. real. §: 2. n. 60. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. n. 3. & 4. vbi dicit, quod Vicarius Episcopi debet esse Clericus primi tonsuræ ac aetatis 25 annorum..
- 3 Idem dicendum est de bigamo, hic enim ad Vicariatus officium assumi non potest: quia omni pri uilegio clericali censetur exutus cap. vn. da Bigam. in 6. nisi forte ab impedimento bigamie solitus fuerit Garc. loco cit. numer 4. & 5. Barbos. nu. 11. Ricc. in Prax. for. ec-

NUN 3 q̄es.